

V.C  
151



FK 92,4

Vc  
151

Q. B. F. Q. E.  
**AD SOLEMNIA  
TORNEAMEN-  
TORVM,**

ACROASI PVBLICA,  
ALVMNI QVIDAM INDVSTRII  
LYCEI LVBENENSIS

REPRÆSENTABVNT,  
**PERILLVSTRES GÉNERO-**

SISS. MAGNIFICOS,  
UTRIUSQUE IMPERII PROCERES,

**MAGNIF.DN.INSPECTOREM,**  
SENATVMQVE AMPLISSIMVM,  
Et QVOTQVOT MVSIS NOSTRIS PATROCINANTVR,  
OBSEQVIOSE INVITAT,  
SIMVLQVE  
HANC TABVLAM LAVDVM  
AVITÆ SAXONVM ATQVE LVSATORVM  
NOBILITATI  
SVSPENSAM.

**ILLVSTRISSIMIS LVSATIÆ INFERIORIS  
PROCERIBVS**

HVMILLIMA OBSEQVII LEGE  
DAT, DICAT, CONSECRAT

**M. JOANNES SCHVLTZ,**  
RECTOR.

(\*) ----- (\*)  
BUDISSÆ, LITERIS RICHTERIANIS. MDCCIX.





Cravium Augustum, omnium seculorum memoria dignissimum Principem, Svetorius Tranquillus in Octav. Cap. 2.3. commemorat, magnos Iudeo. Jovi Opt. Max. votis, utjecta hac formula: SI REMPVBL. IN MELIOREM STATVM VERTISSET. Et magis quidem appellatos fuisse hos Ludos, quod Jovi Deorum Principi atque Exuperantissimo, (ita audit in Inscriptionibus passim, apud Reinefium Clasf. 1. Inscr. 2.14. atque Sponium Miſcell. Sect. 3. fol. 71. seq.) voti nuncupati effent, satis opinor commode, ex Varrone, Sexto Pompejo, atque Macrobo docuit Marcellus Donatus Dilucidat: ad Sveton. p.m. 302. (a) ut quid fibi velit votiva illa formula: SI REMPVBL. IN MELIOREM STATVM VERTISSET, ex perpetuo ritu, Vota solvendi, apud Romanos recepto, declarari debet. Scilicet solebant saepe Duces vel Consules, ad bella ituri, his alisque verbis rite conceperis: SI HOSTES FVDISSENT. SI FATA SECUNDA DI DEDISSENT. SI SALVI REDISSENT &c. aut Jovi, aut Apollini, aut cuicunque Deorum Ludos magnos, post feliciter confectum bellum, magnis sumptibus, magnoque apparatu edendos, condicere, vovere ac nuncupare, quod ex Livio, Floro, Patre, Tacito atque Dione Cassio dudum docnere Jac. Philipp. Tomasinus de Donar. ac Tabulis votivis, Barnabas Brissonius de Formul. Antonius Pagi in Diff. Hy pat. aliisque plures. Exstat in hanc rem Inscriptio apud Gruterum pag. 11. n. 1. TI. CLAVDIVS. TI. F. NERO. PONTIFEX. COS. ITERVM. IMP. ITERVM. LVDOVS. VOTIVOS. PRO. REDITV. IMP. CAES. DIVI. F. AVG. PONTIFICIS MAX. IOVI OPT. MAX. FECIT. EX. S. C. Ita in Namis sepe legas: SALVTI AVG. et VOTA MVLTA PRO SAL. AVG. FORTVN. REDVCI: quas formulas mirifice explanant Heinricus Dodvell. Prælect. Hist. p.600. seqq. edit Oxon. 1702. & nuper doctissimus Gallus Grofeus de Boe eleganti Diff. de Cultu Sa- luis Dea, quæ habetur in Elecüs rei Numar. Cl. Woldreci pag. 43. edit. noviss. Augustus igitur Cimbricum Mariscumque bellum maxima arduum suscepturnus Ludos, pro meliore Rei- publ. statu votiv, ac confecto illo ex sententia, solennissime fecit, utpote cui hæc gloria fera propria: ut spectaculorum & affiditatem, & varietatem, aique magnificentia omnes antecederet,

que

(a) Judicium de his Dilucidationibus vide apud Hadrianum Valesum Prof. ad Ammian. Marcell. Ceterum locus Macrobii, qui habetur Saturnal. lib. III. cap. 4. pag. m. 312. edid. Plantin. 1597. non de Jove, sed Penitus in laquuntur, quos Θεοὶ μεγάλοι, Θεοὶ κατέσθοι Θεοὶ δυνατοὶ appellant. vide plura de Ludis magnis apud Berneggerum Diatrib. ad Sveton. Augst. & Joh. C. Ditterich. in Hist. Aug. Obiter obseruo, etiam Germanos veteres, imprimis Pomeranos Radegastio, idolo, vota nuncupasse profecti belli exitu, pates hoc ex Dirmaro quislib. I. T. p. 136. Radegastum a Bellarum salutatum & a propere reversis, præmis honoratum scribit. Imaginem hujus idoli exhibet H. Bangertus Nor. ad Helmoldi Chron. Slavor. lib. 1. cap. 52. edit. Lubec. 4. Addatur Cl. Frenzelius de DIS Slavor. De Crothone, Prästrich & Staffonis Idolis Thuringicis vid. Johann. Christ. Olearium, Rer. Thuring. Tom. I. p. 190. 178. & 521.

que verba Svetonii sunt in Octav. Cap. 43, ubi sic pergit: *Sed & Troja ludum edidit frequen-*  
*tissime, majorum minorumque puerorum delectu, prius decorique moris exultimans, clare stirps*  
*indolem sic note scere.* Non assentior equidem illis, qui Trojanos hos ludos, de quibus prolixus  
 est Godecalcus Stevvechius ad Lib. II. Vegetii Cap. 24. pag. 133, cum Torneamentis Germanorum componunt, eademque primum Trojamenta dicta fuisse autemant, quam sententiam  
 prater ceteros confutat Lelius Biscioili Hor. Subcif. Tom. II. Lib. VI. Cap. 6.  
 non plane tamen a linea sacra (b) me aberraturum autumo, si hunc Svetonii locum, honesta  
 usura, in rem meam convertero, et Ludis illis magnis, solemissime super a Saxonica Nobilitate,  
 auctoribus Potentissimi Regis ac Electoris nostri FRIDERICI AUGUSTI celebratis, quoad  
 fieri potest, accommodavero. Enim vero hos Equestres Ludos, gloriosissimus Princeps, in-  
 star alterius AUGUSTI, Claudio nuper Jani Templo, & redditu Saxonibus pace, non Jovi ali-  
 ei Capitolino, non Gradiuo Marti, aut perpetuorum Custodi Vesta ingnium, (que formula est  
 apud Vellejum Lib. II. Cap. 31.) sed immortali DEo votis pariter ac solvit, ea quidem lega  
 ac omine SI REMPUBL. IN MELIORUM STATUM VERTISSET. Que sane Vota  
 pro salute Saxonie suscepta sacratissima esse voluit, dum veterem Torneamentorum majestas-  
 tem ab interitu vindicat, avitamq; Saxonum Nobilitatem in arenam denuo producit, eamque  
 instituta Lufratione (que olim Equestris ordinis Romanorum quotannis utu recepta erat) accu-  
 rato describi, sumosas familias a novis se jungi, prisca insignia examinari, eaq; omnia fieri  
 justit, que ad excitandas generosas mentes, ad Virtutum armorumq; Studia promovenda ad  
 otium Rempublicam, ad tuendum Patriae Deucis, ad gentilitias animi dotes excolendas  
 facere unquam possum. Que res tanto Heros AVGVSTO plane digna, et in Regiam Ma-  
 jestatem, quam magnus ille Heinricus Auceps, post Vittekindum M. in gentem Saxoniam  
 velut potissimum iure intulit. (c) apprime conveniens est, et antiquissime Glorie Saxonum in-  
 signiter patrocinarunt. Esi enim ante Heinrici illig tempora vix quicquam certi de Nobilitate  
 Saxonica definiri possit, non quod ea nulla fuerit, sed quod aut consumpta vastationibus barbaro-  
 rum, ant bellis plurimis ad inopiam redacta fuerit, ut loquitur Georg Fabricius Orig. Saxon.  
 Lib. II. p. 122. edit. Jen. 1598. Jam Caroli magni tamen etate in atrocissimo illo bello Nobil-  
 itas Saxonum armorum gloria enuit. Ita enim Eginhardus, magnie in rebus Saxonum fidei  
 Scriptor [d] Plures et bello, inquit, tam ex Nobilitate Francorum quam Saxonum, & fandi summis  
 Honoribus Viri consumuti sunt. Scio evidenter Nobilium Appellationem apud Scriptores medii  
 aevi, non semper eos, quos Romani Eqvites salutabant (e) denotare. Ita ex Aimoino atque Svi-  
 de-

b) Linea sacra era ultima in ludo. vid. Muretus ad Sene. Tom. I. p. 321. edit le Preux 1594. 8. adda-  
 tur Scaliger ad Maniliump. 115. seqq. edit Argent. & de linea alba in Circo immortalis Gre-  
 garius in Epist. p. 40. edit J. Fabricius. Sed de ludi sum Gracorum, sum Romanorum vid. preter  
 ordinarios. Fabrum, Panarium, Lupium, Bulengernum, Mercuriale, Meurusum, quo-  
 rum scripta in Ihes. Graviano et Gronoviano habentur. Job. Aquila de omni ludorum genere.  
 Oppenheim 1516. 4.

c) Heinricus scil. Auceps pra modestia animi Imperatoris istulum recusavit dicere: *Satis mibi*  
*est, ut premajoris meis Rex dicar, teste Witechindo Walbea Saxon, monacho Corbeiensi, qui*  
*vixit a. 972. lib. 1 Annal. Saxon. p. 9. edit Francof. 1625. sed editio que ibid. 1631. prodit,* cum  
*not. H. Meibami curatur est. Heinrici exemplum fecerit Olio filius diu Germanie Rex*  
*appellatus est, unde minus commode Besoldus urinquo; Cesarera vocat, notante ad eum Ruperto*  
*p. 646. Imo celebre. Schurz Fleischius P. 1. Disp. 30. §. 8. p. 14. n. (o) Ex Alberto Stadeni probat,*  
*eum ante Caesarum etiam dignitatem suscepit Regem in Saxoniam appellatum fuisse. addatur*  
*J. Corri. Dieterichius in Histor. Heinrici Aucupis, sigillatim scripta.*

d) vid. Vossius de Hist. Lat. Lib. 2. Cap. 33. p. 301. edit 1651. 4. et Cl. Imhof. Notit. Procer. Lib. 8.  
 Cap. 3. §. 1. edit noviss. in fol. ubi observat, fuisse eum Satorem Comitum Erpachiorum. Ururum  
 tamen fuerit gener Caroli M. qua dea lepidam historiam narrat Rupertus in Orat. de Carolo  
 M. p. m. 1076. de eo valde ambigit et rem incertam atq; fabulosam esse statuit Christoph. Sandi-  
 us in Not. ad Pollium p. 274. edit. noviss. J. A. Fabricii.

e) Equestris ordo olim minor, nunc major ordines Nobilium ita Gerb. Hagensan de Nobilit. p. 442.  
 edit.

degero obseruat Jac. Andr. Crufius Not. Historici ad Diploma Caroli M. p. m. 43, edit Mind. 1668 Abbates accipi pro Nobilibus, et Comites saepe Principes, utrosque autem Nobiles in antiquis monumentis dici probant. Goldastus in Not. ap. Paracnet; Reg. Scot. fol. 366. et Chrit. Gaftelius de statu Europea Publ. Cap. 34, pag. 1333, edit Norimb. 1675, fol. Exstitimo tamen Eginhardum in illo loco Nobilitatem Saxoniam stricte sic dictam intellexisse:

Certum enim est, jam Caroli M., temporibus distributam fuisse Saxoniam gentem in Edhilingos, Frilingos et Lazios, quam differentiam clare satis constituit Nithardus, Caroli M. ex Bertha filia nepos, qui vixit A. C. DCCCXLIV, lib. IV, Annal. p. 478, quem post Pirtheum atq; Duchesnium novissime Cl. Kulpifius (cujus vitam et scripta nuper recensuit Georgius Beyerus Not. Aut. Jur. Specim. II. p. 92.) in Volum. Rer. Germ. Argent. 1685, edidit: Reinerus vero Reineccius in Comment. ad Poetam Paderbornensem de Vita Caroli M. I. 4. p. 59 fol. 2, et p. 60, eleganter Nithardum explanat, et Adelingos quidem de Principibus Comitibusq; Frilingos de Baronibus seu liberis Dominis aliisq; Equitibus seu nobilibus, qui etiam Edelknachte dicebantur apud Cl. Burgemeisterum l.c. p. 131. Lazios de Servis, Friedelaazios de Libertis, recte meo judicio, ex Capitulo Francorum aliosq; monumentis Saxonum exponit. (f) Horum Adelingorum Freilingorum; (unde puto manare appellationem nobilium Virginum hodie receptam Frelin, nam Freja est dominari apud Ulphilam, et Freja vel Freya Dominam notat, unde Freytag Diem Dominae i. Veneris, et Frob Leichnam Domini Corpus notat, ut nuper egregie docuit Dietericus a Stade in Not. ad Specim. Lect. Antiqu. ex Ottifrido Monacho, edit. Stad. 1708) meminimus etiam Autor Chronicus Caroli M. ab Erpolo Lindenbrogio editus p. 95, quod solemnibus sacri fontis, quo Vitelandus Miltebachii a Bonifacio Praefule a. 786, adspersus fuit, interfuerint, eademq; cum Duke suo sacri profeti sint. Quid? quod ex Adelingis Satrapae Saxonum five Principes, qui rerum summae praeerant, legerentur, teste ipso Beda Anglo Saxon Hist. Eccles. lib. V. Cap. II, quem hic egregie illustrat magnus Schurz fl. P. I. Diff. 65. p. 5. seq. de Antiqua Sax. dignitate commentatus (g) Quid igitur opus est, origines Nobilitatis Saxonice aut ex Italia derivare? ex qua tamen nihil tale accepit Germania, judice Th. Lanfio Consul. pro Germ. p. 120, edit. Tub. 1688, aut ex Scandia Gethiaq; arceſſere, cum Rurero Hermanide Descript. Svec. p. 416, aut a Slavica Nobilitate reperire cum Boſlao Balbino in Miſcell. Bohem. T. I. non abnuente ipso Cl. Schurzſteſchio Diff. 26, p. 18. Quid enim vetat affirmare? Saxones per se antiquissimum in conſequenda Armis nobilitate ſtudium tenuiffe, ac generosiores familias ſubinde inter ipſos clariffue, qua ſagi togæ, temporibus reipubl. ornamento pariter ac praefidio eſſent, adeoq; non aliunde eos lucem ſcenerasſe, ſed nativa atq; domestica nobilitate inter fuos exſplenduiſſe. Cluverius certe de Germ. ant. Lib. I Cap. 3, p. 29. valde ſuccenſet Reineccio atque Albino, quod Mifenos a Mifis Asia populi deducendo ab externa gente gloriam originis querant, quam domi bene ſciebat, reperire potuerunt. Etſi vero ea fuerit illorum temporum barbaries, ut nulla familiarium illuſtrium Tabulae fuerint conſignatae, diſpoſita, aut in Tabulariis publica relata, quod imprimis dolet celeberrimus Burchardus Menkenius Historiographus Regius, fama ac meritis fulpiciendus, in ſchediasmo, nuperrime de Origin. Nobil. Saxon. Dreda euulgato. Scilicet illud fatum antiquorum ſeculorum fuit, ut aut exteris ſcriberent de Saxonibus, aut hostes: ibi, judge Viro ma-

edit. Colon. 1696. 4. Quomodo hodie Eques & Nobilis differant, videndum Job. Steph. Burgemeisterus de statu Eqv. Imperii: p. 118. et quid apud Saxones fuerint Equites, doceat Autor speculi saxonici p. 64. seq. quem examinant Deckerus de Adespote. p. 192, edit Amstel. 1686. 12. et Job. Angelus Werdenhagen de Rebūs publ. Anſeat: p. 241, edit. Lugd. B. 1621.

f) de Capitulis his vide Colomesum in Biblioth. Choſe p. 170, ubi et p. 83. de formulis Marculfi exponit edit. Fabricii, addatur Cl. Beyer. Notis p. 117. et 126.

g) Adelingos invenio apud veteres Germanos et Brittones appellatos fuſſe Principes Juventutis, loca dedi in Florum Sparf. p. 67. addatur Werdenhagen l. c. p. 246. Ita voculum Theuerſter (quod hac occaſione obviasſe liceat), olim Equitibus ex bello claris tribuebatur, conf. Burgeſſiſ. l.c. p. 117. quod procul dubio Grecorum more factum est, qui claros Magistratus dixerunt Koſciusko. vid. Egid. Menagius Amæn. Jur. Cap. XVI, p. 47. edit. Paris. de aliis nobilium tizulis antiquis consuli merebunt Nicolaus Henelius Sileſiograph. Cap. V. p. 70. edit. Franco. 1613.

magno, invidia, hic inscitia landes gentis obscurate, i[n]strande demum, si Saxones Saxonum res gestas tradidissent. Nullum tamen est dubium, Heinricum Aucupem, (h) Sapientissimum Principem vel hac saltim de causa inductum fuisse, ut pacata Germania, & a barbarorum incursionibus repurgata, Saxonique in praefecturas limitaneas distincta, urbibusque armis, legibus, opibus munita, denum animum adiiceret ad lustrandam censendamque Nobilitatem Saxoniam, quae sane quicquid antiquitatis habet, Heinrico magnanimo Principi debet. Atque hoc certe digitum intendit Abbas Urspergensi Conradus a Lichtenau, qui post Heinrici quidem tempora floruit, nam in anno MCCXXIX. Friderici II. finit (vid. Voissius l. d. lib. II. p. 41.) egregiis tamen documentis, & imprimitis fide Vitelkindi monachi, quem aliquores exscribit, nonnunquam etiam aperte ad eum provocat, ut pag. 198, nixus fuit, quando in Chronico suo pag. m. 202. edit. Basil. 1569. apud P. Pernam ita dillerit: *Heinricus autem ait, cum esset sedulus in exaltando gentem suam, rarus aut nullus nominatorum Virorum in omni Saxonie erat, quem aut preclaro munere, aut officio aliquo non promoveret, & post pauca: In Exercitiis etiam Ludi tanta eminentia omnes superabat, ut terrorem ceteris ostentaret.* Ex quibus Conradi verbis duo elici possunt: I unum: Heinricum Nominatos Viros, i. e. Nobiles, styllo illius ævi, probe distinctissime & constitutis premis ornasse. *Tum enim quasi fundamenta jacta Nobilitatis, uti egregie distierit G. Fabricius, Vir sine controversia magnus, magnaque cum judicio in Saxonum rebus versatus, (cujus vitam nuper recensuit J. Alb. Fabricius, Cent. Fabric. p. 24. seqq. obiter tumen obseruo, quod Cl. Clarmundus vocet Antonium, cum tamen Adolitus cluat) non quod ea nulla est, sed quod aut consimpta valetationibus barbarorum bellorumque, aut minus fuisse moribus liberalis aut honestæ splendida. Initia preclarorum sumit, & deinceps propagata est, ex viris p[ro]fectis fortitudinis & ex patria & religionis claris defensoribus &c.* Alterum: Heinricum Ludos Eqvæstres, quos Torneamenta vocant, Saxonice Nobilitati præcipue commen. laffe, ac specimen etiam aliquod solenniter exhibuisse, id quod videntur innuere verba: *In Exercitiis Ludi tanta eminentia &c.* per qua[v]a vix alios intelligas ludos, quam torneamenta, his enim potissimum terror alii injicitur ac ostentatur. Colligo hoc ex Ottone Friesingenfi, qui quidem Conrado atate major fuit, vixit enim in Noricis anno MCXXXVIII., at eadem ferme locutione de Friderico I utitur, lib. 1. cap. 17. p. m. 209. edit. Basil. 1569. & Exercitium illud *Ludi* sic interpretatur, *quod exerceretur tyrocinium cum milibus suis, quod vulgum nec torneumentum dicitur, quem locum si vidisset Goldastus, Notis ad Hepidanum Tom. I. Rer. Alaman. i) p. 221. edit. Francof. sua opinioni, quasi torneamentum derivetur a voce tyrocinium, præterea portuisset: qua[re] eti[am] parum probetur Scriptoribus accuarioribus, qui de Torneamentis commentarii sunt: (k) mihi tamen, quod pace tantorum Virorum dixer[unt], nec eorum derivandi ratio satisfacit.* Nam ut ut concedam, vocem hanc ab Ital[is] petitam esse;

B tamen

- h) *Conradus Feuntinger in Sermon. Convival. p. 67. edit. Jen. 1684. existimat, Aucupem Appellatum Heinricum ob frequentem animi auctoriationem, quod sane non capio, nam revera Auctor. fuit, & in auctorio reprehensus, cum insignia imperii a Conrado moribundo ipsi mitterentur. Crantz in Saxon. p. m. 46. edit German. Lips. 1582. Imo Joach. Camerarius librum Norimberge edidit, si recte memini, quem hic Heinricus de Aucupio scripsisse dicitur, neque enim indigna Principi auctoripa vid. Oppiani Kuvryer. Lib. 1. & ad eum Rittershusius p. 12. edit. Plantini 1597. nec non ex Hispani Bellariorum Aquivivis singulari libro de Aucupio in Opus. eius p. 89. seq. Basili. apud Pernam 1579. editis.*
- i) *Vulgo adducuntur hi Scriptores Rer. Alemannicarum ita & apud Limneum aliasque, sed ipse Autor scripsit Alamanicarum, recte omnino, ita enim constanter Numi & Inscriptiones, securi, qui numeros exscribunt, ut Occo, Oisilius, aucte Harduinus, quique parum accurante eos inspicerunt, ut eleganter probat doctissimus Christ. Fried. Ruhe Specim. II. Rei Num. p. 4.*
- k) *Scriptores de Torneam, plures sunt, quam enumerari omnes possunt, vid. Lynckeynt ad Not. Bæcl. ubi multos allegat, quos tamen evolvere datum fuit, notabimus: Limneum scil. Lib. VI. Jur. P. cap V. per tot. ejusque Additam, Oldenburgerum, Limn. Encyclopiæ, Lib. III. Cap. III. p. 511. Befoldum & Dithernum Theb. Pract. 944. Kirchnerum Orat. 25. per tot. Carolum de Fresne Gloss. med. Latin. fol. 11. - 7. Tom. II. edit Francof. addantur Fabricius Orig. Saxon. lib. II. p. 122. Salmuth ad Pancirolli lib. I. p. 683; Matthei Hammeri Rosæ, hist. cap. 4. p. 76. Philan-*

der

tamen ipsa illa Itala vox longe altius repetenda esse videatur; quam in rem prestat audire Salmasium, qui veram in indaganda hac voce lucem prefert in Exercit. Plinian. p. 738. lit. col. 1.  
*Ab instrumento Torno;* inquit, *qui circumagendo in eō teruntur ligna, tornare infima latinitas progyrare ac vertere; & tornum pro gyro, & contornum pro circulo dixit.* Etsi vero illam Salmati sententiam, cuius gratia haec assert, *torevumata sīl, non esse opera torna rasa,* meam non facio, utpote quam examinarunt Carolus Rüe ad Virgil Eclog. pag. 15. edit: London. & nuper P. Catrou in son Traduction des Ecloges de Virgil, avec des notes critiques & historiques. Paris. 1708. 12. tamen illud pro explorato habet, *Italica Gallicaque vocabula, unde origo vocis tornearum petitur, decurrendi, vertendi, circumdeundi vel ultra citrore eqvum flectendi significacionem habentia, omnino ex infima latinitate petenda deducenda esse, non enim Italis, ut vult Limnaeus l. c. §. 2. sed Latinis sequioris avi, tornare est redire, gyrrare ac vertere.* Hinc torneamenti vox, cuius terminatio barbara videri non debet, nam Latini dicunt etiam *Regimentum* vid. Ammianus Marcell. Lib. XV. cap. 9. & Rechenbergii Diff. de Regim. adject. Lineam: p. 270. etiam genus artis norat, qua: una cum plastica, sculptoria, aut statuaria inter liberales quodammodo numeratur. vid. Georg. Gumpelsheimer de Exercit. Acad. p. 158. edit: Argent. 1652. 12. Sed quicquid est de voce, redeundum potius ad Heinrici tempora, ad quae vulgo origenes horum Ludorum referuntur, nil attinet autem Autores, qui hanc fovent sententiam, adducere aut enumerare. Georgius certe Fabricius in his facile familiari ducit, qui plures posse, non infiniti subfelli, nec obfēta naris Viros in societatem traxit, quorum argumenta videre est apud Celeberr. Praunium l. c. p. 714. & cap. X. pag. 147. & diligenter Burge-meister p. 112. & 221. palmarium autem ferme nititur auctoritate Georgii Rixneri, cuius tamen fides dudum suppetita fuit Viris rerum germanicarum scientissimis M. Meibomio, qui Buntingii Chron. Brunsiv. recensuit atque correcxit edit: Magdeb. in fol. 1620. Crufio. Spangenbergio, Limno, Strauchio, Coccejo, Menkenio aliisque, quorum judicia collegit Cl. Struvius Diff. de Doctis Imposit. adject. introd. in Hist. Liter. §. 37. Ubi observo etiam: inter Torneamenta, que omisit Rixnerus, ejusque Epitomat Barthol. Clamorinus, quoque supplet Limnaeus l. c. §. 12. 13. Desiderari etiam illud maxime solemne, quod Heinricus Misniae Marchio anno 1227. Nordhuffe habuit tam splendidio apparatu, ut arbor ex argento fabrefacta, cum foliis aureis atque argenteis, his quadam perrectis, qui hafiam frigilset, illis, qui alterum de equo deturbabat, publice profaret, narrante Fabricio Orig. Saxon. lib. VI. p. 585. nec non illud, quod Misnia ab eodem indictum celebratumque fuit, ibid. commemoratum, unde forte hausit Jerem. Drexelius Dedic. Aurifod. Quid? quod de anno celebrati ab Heinrico Auc. primi hujus ludi non conveniat inter Autores. Rixnerus enim, Münster. & P. Pithäus an Chr. 938. id factum contendunt, at Heinricus vero jam an. 926. & rebus humanis exemplum erat, observantibus Crufio & Spangenbergio; Ergo aut cum Albino annus illius Torneament. Magdeburgici in 935. constitutus, aut cum J. Conr. Dieterichio in Breviar. Hist. pag. m. 287. edit. Giff. de rei veritate plane dubitandum, qui tamen in hist. Heinrici Aucup. p. 75. §. 12. aliter sentit, aut cum Limno, Praunio, aliisque media via incendendum, quod sane tu-tius, dicendumque: Heinricum si non primum Inventorem, certe tamen Instauratorem & Introductorem in Germaniam, vel si mavis Saxoniam, post Obotritos (1) Subjugatos, quod

der de Sittewald in Vision. Satyr. p. m. 998. edit. Francof. 12. a. 1644. D. Gotfrid Svevus Diff. de Ludis Equest. & Gotthelff Struvius de ead. mat. sub presidio Schubarti, Michael Praunius P. III. Europe Nobil. cap. 8. p. m. 714. edit. Spirens. 1685. & Joh Stephanus Burgemeisterus Iculento tractauit de Statu Equ. Imper. Ille 1709. pag. 112. seqq. qui plures adducit.

(1) Obotriti, Obotriti, Obotriti vel Abotrite (diversimode enim scribuntur), surculi admodum robustus Venedice gentis, de quibus adeundus Helmodoli in Chron. Slav. Lib. I. cap. 2. ubi obotritos, Rungos & Sorabos conjungit, ad quem locum nota Bangertus: subsequentibus seculis obtinuisse usum. ut soli Obotitarum & Wagriorum reguli aut principes xar' ἔξοχοι Wendi: Die Herren der Wenden, dicerent, vid. Schurz fl. de rebus Mecklenb. Diff. 25. p. 5. Etsi vero Albertus Crantzius confundat Vandals cum Venedis, quod una cum aliis ipsi condonandum, tum ob cognationem vocabulorum, tum successionem Venedorum in feuda Vandalarum, notante Georg. Krügero de Serbis P. I. §. 2. recte tamen Obotitorum res complexus est in sua Vandalia edit. vetustissime Colon. a. MDXIX. apud Joh. Soter. ubi etiam lib. II. cap. 27. cladem eorum, quam ab

quod temporis momentum omnes notam, fuisse, occasionem forte subministrante scriba eius Philippo, qui diu in Anglia Galliaq; commoratus, sepius Nobilitatem in torneamentis congregientem viderat. Existimo enim Germanos diu ante Heinricum Ludos equitres, eti primum rudes, celebrasse, quod non abs re colligunt Interpp. ad Taciti Gen. P. I. junctim editi Aug. Vindel. 1580. pag. 281. ubi Tacitus de Ludis ac spectaculis Germ. praeludis certe ac simulacris torneamentorum de Mor. Germ. p. m. 824. edit. Anton. Gryph. tractat, quorum vestigia sublegit Nobiliss. Praunius l. c. qui recte ex Procopio & Nithardo assurit, *jam ante tempora Heinrici A. hos Ludos Germanie innosuit*, simulq; Carolum du Fefne, Gallis suis originem illorum vindicantem confutat. Igitur Heinricus instaurator horum in Germania ludorum, adscitis in societatem primariam tum temporis Imperii Ducibus, Cunrado scil. Comite Palatino ad Rhenum, Hermanno Svevæ, Bernardo Bavariæ, atque Conrado Franconie Ducibus, quindecim Viros ex his nationibus, usu rerum et auctoritate praestantes selegit, quibus summa instituti, & tota Ludi illius Ratio demandata fuit, id quod non ex fabulis Rixneri, sed ex antiquo Codice MSC, quem de torneamentis in Biblioteca Ducis Bavariae, quæ Monachii est, Cl. Limneus se vidisse fatetur. l. c. §. 14. Unde graviter B. Schurtzleischius Disp. 23. p. 4. Heinricus, inquit, ut in Ludis Equestribus, ita gentiliis honoribus decus agnè robur adiutat inter seos. Qocirca illi Juris publici scriptores parum accurate procedere mihi videntur, quivagantu rationum dynastis, Rhenanae, Franconicae, Svevicae atque Bavariae concessam potestatem indicendorum torneamentorum statuunt. Nonne enim Saxones, teste pervertu illo Codice Bavario, primi has Nationes conscriperunt, & collatis sententiis de hoc negotio rationes inierunt? Nonne Heinricus I. nonne Ridacrus Marchio Milnæ, Anno 961 magnos ejusmodi ludos, Saxonum Nobilitati indixit? magna que cum pompa habuit? vid. Olear. T. I. Rer. Thuring. p. 41. Nonne Ludolfus Marchio Saxonie eodem ludigenre Brunsuwigæ a. 969. defunctus est? teste Buntingio in Chron. Brunsv. pag. 53. Nonne Ludolfus Dux. Saxon. et Comes Supplenburgensis Gottingæ 1119. nonne deniq; Heinricus III. Mifnius Marchio a. 1227. Nationis Saxonicae gloriam satis superq; vindicarunt, ut adeo non opus sit cum Cl. Noldenio de Nobil. Cap. 17. et 61. ad speculi Saxonici scita recurrere, quibus assurit, Saxoniam saepe sub Svevica atq; Franconica gente comprehendendi. Annon enim ex ipso Palatinatu Saxonico, quem Comitiam Palatii Saxoniam vocant vetera diplomatica, quemq; Fridericus bellicosus ab Altfetenibus, una cum reliquis ejus accessionibus in Saxoniam traduxit & cum haereditaris principatib; conjunxit, abunde constare poterat? eam gentem iisdem Privilegiis ac immunitatibus, quibus ceteræ, gaudere, nec deterioris conditionis habendam esfe? sed Nobilitatem imprimis sua semper luce radialis nec peregrinis pennis infar cornicula æsopicas ornari necesse habuisse. Quod enim de Germanis in universum pronunciat B. Speorus Praefat. Theatr. Nobil. P. I. edit. Francof. in fol. *Eis confoeditinem istam antiquam fuisse, & eam majori religione dignitatem conjugiorum ab illustrib; servatam, quod a Ludi Equestribus lege, si non tam antiqua, ut communis opinio tulit, antiquatamen exclusi fuerunt, qui non utriusq; partis decoribus gloriari posset: Illud profecto in Nobilitate Saxon. locum etiam invenire debet.* Ceterum cum plura de ea re differendi, temporis spatijq; quo circumscripti sumus, angustia non permittat, itaque in alium locum hanc nobilissimam materiam rejicimus, si de unica saltæ qvæstione primum dispixerimus: *Utrum scilicet Nobilitas Lusatia etiam Torneamentis interfuerit?* Enim vero quod B. Lutherus alicubi de Tribu Levi & Benjamin dixit, eas certa ratione tribui *Judee inoculatas fuisse*: apud Pfeiffer. Dub. pag. 208. id profecto de Lusatorum Nobilitate predicari poterit, quod inde ab antiquissimis temporibus tum ob communia armorum studia, tum ob confinia limitum communiaque sacra, ac ejusdem saepe imperii rationes, si Soraborum Bojorumque tumultus atque irruptiones excipias, commerciorumq; societatem velut sororio nexu cum Saxonica juncta fu- erit.

*ab Heinrico A. perpessi sunt, commemorat, add. Interpp. ad Taciti Germ. P. I. p. 453. & Fabri- cius Orig. Lib. II. p. 238. At Sorabi, qui Lusatianam incoluerunt Vitikendo Lib. II. Annal. dicen- tur Lusaki, ex quo haber Goldastus de Bohem. Lib. I. cap. 8. & Micraelius Lib. 2. Hist. Pom. n. 39. per terram Lutitiam Urspergenis proculdubio Lusatianam intelligit in Chron. p. 270. ubi ita: A. 1124. Otto Babenberg. Ecclesie Episcopus partes Pomeranorum paganorum cum quibusdam civitatibus terra Lutitiae aggressus est, ut eos ab errore suorevocaret.*

erit. Accessere connubia, affinitates, & in feuda non raro successiones, imo & Leges communis Saxo Magdeburgicae, quibus ab Hermanni Marchionis cognomine Longi ceteris perib⁹ usq; ad Ferdinandum I. Lusatii cū Saxonib⁹ usi sunt (m). Illud equidē negari nō potest, Lusatios indigenas ubi nobilitissimas Venedorum familias legibus mitigassent, [vid. Schurzfl. Diff. XIIX. pag. 20.] sensim cum illis coaluisse, & mutuis invicem connubis atq; affinitatibus, antiqua nobilitatis decora servasse, imprimis ubi Saxonum honestiores familie in Franciam translate essent, atq; in eorum fenda ac prædia nobiliores Venedice domus succederent: potea ubi reliquis Soraborum subjugatis & Proceribus eorum dolo Geronis capite truncatis [n] prædia eorum quantumplurima vacue facta essent, Lusatii denuo Geronis auspiciis, illa occuparunt, ut iusti rerum Domini. Atque hoc vel ideo negari haud debet, quod omnes ille Nobilium familie sive Saxonice sint, sive Lusatice, quaterminantur in itz, witz, nitz, au, lau, kau &c. aut Vendicam preferant originem, aut in Wendica predia successionem. Neq; vero obstat debet dignitati Veterum Principum, Comitum atq; Nobilium, fecus quam Micraelius existimat, descendere ex Vendis, cum hodie Septentrionis Reges Marchionesq; Brandenburgici titulam a Vandaliis sumptum gerant, quem ramen a Wendiis receperunt, ut graviter judicat celebrerr. Schurzfl. Diff. 26. p. 18 qui consentientes habet Laurentium Peccenteinum in Theate Saxon. P. 1. Cap. 2. & P. Albinum Chron. Mifn. Tit. II. Possem de antiquitate Lusatice Nobilitatis plura ex Peucero, Manlio, Perlito, Joh. Magno, Seidelio, Joh. de Salza, Haugwitzio, Leubero, Garzone, Gafel: Jur. Publ. p. 770 seqq, aliisq; in sententia præfinitione adducere, quorum nonnulli inediti hoc argumentum sigillatim excusserunt, imprimis si de Marchionibus ac Promarchionibus utriusque Lusatiae disfrendi materia arcessenda esset, de quibus luculentius extat Commentarius MSC. Joh. Magni, Forista Lusatii, multis quidem prolixis Excursibus refertus, magna tamen cura scriptus, longe que solidior futurus, si publicorum monumentorum ex Archivis inspicendi facultates concessa ipsi fuissent. Utinam evolvi darentur bini illi codices manu exarati, quorum alter refertus Genealogiis Bohemicis & Lusatice, latet in Bibliotheca, ni fallor, Domus Sternbergica, ad quem in suis Miscellaneis aliquoties provocat Balbinus: alter in Bibliotheca publica Jenensi, qui ex Monasterio Dobriluccensi complectitur multa Diplomata, quibus ingens rerum Lusatiarum notitia, quoad Genealogias, titulos & insignia Nobilium promittit. Quod arcuanum, B. Spicilegio ignoratum, nobis retexit Celeberrimus Struvius Biblioth. Hist. Cap. 22. p. 600, seq. Quis igitur dubitet, Lusatiam Nobilitatem ad Torneamenta fuisse admittam, quæ inde a primis gentis initiiis sua virtute enuit, & maximis etiam imperii negotiis muneribusque publicis perfecta, commubisque illufribus semper immixta fuit. Esto vero, quod plurimæ familie nobiles, licet vetustissimæ, probare non possent, sepe Torneamentis interfuisse, tamen hoc nihil derogare potest eorum antiquitati, & fatus illud cum aliis nationum nobilitissimis ipsis commune, utpote qui eodem testimonio destituantur, ac nihil secus gloriam avite prospicie sue tuerintur; quā in rē consuli meretur JCtissim⁹ Burgemeister⁹ l.c. p. 113. 155. & 344. Hinc Clementissim⁹ Rex noster FRIDERICVS AVGVSTVS, postquam de reducendis nobilitissimis his ludis, atq; a pristina labe & abuso, quo olim in desuetudinem venerant, repurgandis sapientissima inductione animum adjectit, et immortali exemplo non modo ipsos illos ludos ab Heinrico Aucepe ceptos, denovo Saxonibus suis redditit, atq; vigorem eorum, per aliquot annorum centurias tantum non sotipit atque extinctum quasi postlimino revocavit, sed alios etiam veterum Germanorum ludos minores honestioris note, exempli causa Regna convivialia, Wirthschaften,

m] Recite Arelius Dux de Uſa & Autorit. Jur. Civil. Cap. XV. §. 8. ait: Lusatios ad Jus Saxonicum olim recurrere convevisse, sed hoc argumentum solidissime excusit Vir in historiā patria summus Benjamin Lemberus peculiariter libro de Jure Magdeburgico M DCLV. Budisse germanica dictatione edito. De abrogatione huius Juris apud Lusatios & Silesios uno eodemque tempore vid. Henelius Silesiograph. cap. 8. p. 95. seqq.

n] Sub Heinrico & Ottone M. Sorabi penitus depresso, imperio Romano velut corpori inserviuerunt, vid. Helmold. Chron. Slav. cap. 8. n. 4. Goldaftis de Bohem. lib. 2. c. 3. & Maibomius ad Vittekindi monachis Lib. II. rythmos quosdam de Gerone adducit, quod triginta Proceres Vendice nationis, convivio primum exceptos, atra truncari iussit, narrante etiam Fabricio Orig. Sax. lib. II. p. 138. Lutitii tamen, de quibus supra, adhuc sub Ottone II. multi asturias ac clades dedecunt, ibid. p. 220. seqq.

*schaffien*, de quibus vid. Gumpelsheimer P. iv, Exerc. Academ. p. 326. *Torneamenta pedestria*, quæ descripsi nobilissimus Garzonius Discurs. 99. *Qintanam*, de cuius antiquitate Pancirollus lib. 1. Tit. XXI. pag. 198. differit, tum imprimis vero magnum illud *Deorum gentium spectaculum*, quale descripsere & defensum ivere Rhetores Porcenses Tom. 2. Orat. 6. in scenam atque arenam produxit, adeo; vota tor nobilissimorum hominum, qui dudum ludos equestres reducendos s'aserunt ac praecoptarunt, ex quibus vel solum Reinhardum Comitem de Solms, in Elegantiis Tract. de Germ. Nobil. p. 59. seqq. & Joh. de Schellenberg apud Goldastum P. 11. Constit. Imper. p. 305. adduxisse sufficiat, ad perpetuam Nominis Saxonici gloriam prudentissime explevit.

Ut igitur tam illustris facti memoria ad posteros etiam ac seros nepotes tramittatur, ego quoque; measurum partum esse duxi, monumentum aliquod publicum ad perpetuandam magnificientiam tanti decoris edere, & quoniam Ludi a ludere nomen fortissi sunt, (o) de solennibus his Torneamentorum iudicis, non ludicris more, gvi Juventam olim Venceslai, optimis ceteroquin initio usum, perdidit, (p) sed literariis ludis convenienter, & Exercitiis Oratoriis adaptato, Acroama aliquod Historico Politico Heraldicum in medium producere, & tyrones nostros, velut ad tyrocinium & Ephœbeum [q] honestissima ingeniorum concertatione susceptum, in arenam lucemq; Eruditissimorum honinum prodire curabimus, & in binas quidem Claves omne declamantium agmen describemus,

## Ordo I. de Torneamentis exponet

*Prologus* sub persona Caduceatoris Solennia Ludorum Equestrium publicè indicet, & auctoritate Potentissimi Regis Friderici Augusti, totum Equestrem Ordinem Saxonum ad celebrandos hosce ludos invitabit, Oratione Latina, ad morem veterum Patrum Patratorum (r) composita, quam recitat *Petrus Fuhrmann, Krug à Lusat.*

Alter Caduceator Regem Daniæ advenientem Oratione Germanicâ humiliare exciperit & ad spectandos hos ludos, gloriæ ejus dicatos invirabit, quam Personam sustinebit *Johann Friedrich Piesker, Lubenaviensis Lusat.*

Tertius Caduceator recirabit ac promulgabit leges antiquas torneamentorum ab Heinrico Aucupe latas, quam spartam ornabit *Christianus Richter, Schleichenensis Saxo.*

Hos subsequentur Consiliarii quidem intimi, qui velut judices atque Bravæ, sive torneamentorum tribuni vulgo Thurnier-Vægte (s) ipsam torneamentorum naturam distinctis Orationibus explanabunt.

Primus itaque Consiliarius de Antiquitate & Dignitate horum ludorum disseret oratione Latina, quam provinciam tuebitur *Christianus Godofredus Franz, Hertzbergæ Saxo.*

Alter Consiliarius originem illorum Saxonicae genti in primis Heinrico Aucipi vindicabit, quod argumentum perseqvetur Oratione Latina *Daniel Wolske, Calovia Lusat.*

Tertius Consiliarius causas, cur abrogata fuerint torneamenta, & cur denovo reducenda sint, explanabit, quas partes tuebitur *Christian Krüger, Lubenav. Lusat.*

Quartus Consiliarius, de antiqua Saxonum dignitate, & Nobilitatis gloriam differet Orat. Latina, qva Pietate in Patriam defungetur *Johann Godofredus Vogel, Dresdenensis.*

C  
Quintus omnes Scholam Indum dixerunt Romani, & Magistri ludi dicuntur qui primas litteras docent. Ita Asconius Pedianus in Divinatione. Cicer. p. 33. edit. Lugd. Batavae 1644. p) Egregie hoc docuit Godofredus Vockerode ex Balbino in Consalt. de Litter. Stud. p. 262. q) Vnde Marmora Oxoniensis P. II. p. 87. & Dodweil Prelect. p. 568. r) De hoc solide differit doctiss. Schmidelinus ad Boxhurgii differt. p. 321. s) Vnde de horum officio Limnians loco est. p. 27.

*Vincentus Consiliarius de Noritia Procerum Lusatiae atq; antiquissimorum familiarium gloria, Idiomate Germanico exponet, interprete Joachim Christoph à Kœkritz Eqvite Luf.*

*Sextus Consiliarius Joh. Wilhelm Fræbius, Sangerhus à Thuring. Nobilium insignia, eorumq; originem & utum in tornementis interpretabatur Oratio ne Latina.*

*Septimus Consiliarius Panegyricum dicet Nobilitati Lusaticæ, Sermone Latino, quam Perlonam tuebitur, Immanuel Augustus Godofredus, Strelo Mijnic.*

## Ordo II. repræsentabit

Illustrissimum Collegium Legatorum Fœderati Christiani orbis Hæ gæ-Comitum nuper de pace consultantium.

Primum prodibunt duo Oratores, alter pro gallia verba faciens Christian Philipp Hahn, Delitiensis Mifn, Oratione Lat. Alter pro Germania Georg Sig mund Anemüller, Lubenâ Lufat, iridem dictione Latina.

*Mallorugi Ducus personam induet Christian Eduard Seltenerich Luben. Luf. & Regina Anglie nomine de pacis negotio Germanicè sententiam feret.*

*Domini Heinſi, Magni Status Miniftri apud Batavos characterem exprimit Ernst Friedericus Nicolat, Lubenâ Lufat, qui toram caulam constitueret, & reliquos Regum Principumq; Legatos ad dicendam sententiam ferendaque iuffragia adhortabitur.*

*Minister Gallicus Marquis d' Torcy, cuius munus sustinebit Fredericus Sigmund Schulze, Jiætrobocensis nomine Regis sui moderationem Punctorum ut vocant Præliminarium postulabit.*

*Dominus Henrhus postulata illa scripto expressa, excipiet, & publicè prælegi jubebit, & postea iuffragia colliget.*

*Dominus Tovvnsend, Lar magnæ Britanniaæ, sigillatim moderamen illorum punctorum examinabitq; rejiciet, quod præstabit Johann Daniel Brößler Straupizenf. Lufat, oratione Germ.*

*Legatus Cesarcus Comes de Zinendorff, ad ejus sententiam accederet, qvæ verba facit Zacharias Hergott, Beskoviâ Lufat.*

*Dux Eugenius pro Bello continuando perorabit, sustinente partes Jacobo Christiano Ocfelio Luccâ, Lufat.*

*Legatus Regis Prussia Carolus Reinhold Scharbe, Luben, Lufat, huic successurabit atq; commoda sui Regis perleqvetur oratione Germanica.*

*Legatus Saxonicus, Ernst Friedrich Redlich, Lubenaviâ Luf.*

*Legatus Sabaudicus, Johann Lehmann, Lubenaviâ Luf.*

*Legatus Palatinus, Philipp Friedrich Roibrberg, Lubenâ Luf. pedibus in eandem sententiam ibunt, & Germanice sententiam ferent.*

*Tandem Dux Marlborugius pro rescindendo pacis negotio Decretoriam Sententiam solenniter promulgabit, & de continuando contra Galliam belli rationes inibit, orat, Germ.*

*Christian Ehrenfried Winzer, Crugâ Lufat, Galliam gemebundam sistet Inscriptione Latina.*

*Epilogi partes explebit Heinrich, Andreas Tæppfer, Baruth, Saxo.*

*Ut igitur his prolusionibus nostris litterariis frequentes interesse velitis, Auditores omnium ordinum honoratissimi, est, quod Musæ nostræ submissis precibus summopere à Vobis contendunt, P. P. Lubenæ Lufatorum ipsis*

*Calendis Julii MDCCIX.*

mc

Pon Vc 157, fK



VD 18



Vc  
151

Q. B. F. Q. E.  
**AD SOLEMNIA  
 TORNEAMEN-  
 TORVM,**

QVÆ  
 AEROASI PVBLICA,  
 QVIDAM INDVSTRII  
 LV BENENSIS  
 PRÆSENTABVNT,  
 ESTRES GENERO-  
 MAGNIFICOS,  
 E IMPERII PROCERES,  
 N. INSPECTOREM,  
 QVE AMPLISSIMVM,  
 VSIS NOSTRIS PATROCINANTVR,  
 VIOSE INVITAT,  
 SIMVLQVE  
 BVLAM LAVDVM  
 IVM ATQVE LVSATORVM  
 BILITATI  
 VSPENSAM  
 LVSATIÆ INFERIORIS  
 CERIBVS  
 A OBSEQVII LEGE  
 AT, CONSECRAT  
 NES SCHVLTZ,  
 ACTOR.  
 RICHTERIANIS. MDCCIX.

**Farbkarte #13**

Yellow  
Green  
Blue  
Cyan  
Red  
Magenta  
White  
3/Color  
Black

